Gerson de Arco
Sup. Cantica Cant.
Sup. Psalmos Pen.

Gersonis Historia
Theologica

Guilhelmi Parisien.
de Beneficijs

Tractatus de plurali.
beneficior.

Liber 1. Epla ad
Timotheum Corinthios

Gerson de vita actiua
Cordis
De Simplicitate Cordis

Tractatus de Laude
Dei
De Trinitate Dilectionis

Defensorium Curatorum
Contra eos qui
privilegiatos Detrunt

Epla Alij 2 ad Ludouicum
Francorum Regem

Tractatus de Sacramento
Altaris Missae

Nomina Cardinalium
Papae Sixto Quarto

35

E
138

Ex Bibliothecâ
quam 16000. Voll. conſtantem
huic Abbatiæ S. Genovefæ Pariſ.
Teſtamento legavit Car. Maurit.
Le Tellier Archiep. Remenſis.

(15
S.) E. 758.

1 -	Daunou	398	Pellechet	518
2	–	399	–	522
3	–	1032		
4	–	1130		
5	–	1028		
6	–	1159		
7	–	575		

Plac 1
F. tt.

41. Ex Libris Sanctæ Genovefæ parisiensis

Domini petri de Allyaco episcopi Cameracen̄ expositio super Cantica incipit feliciter.

Prologus.

Osculetur me osculo oris sui] Iste liber dicit̄ can
o ticum amoris/uel canticū cantici.seu cantica canti
cor. Singulariter enim dici potest canticū propter vnitatē amoris. Q̄ quicquid hic canitur amor est/sed plura liter dicitur canticor. ppter diuersitatē p̄sonarū hic loquētiū q̄ sūt sponsus.i.christus.sponsa.i.eccīa vel quelibet aīa sancta/uel specialiter virgo beata de qua totus liber iste pene legitur et cantat̄. Sodales sponsi vel amici/id est angeli ⁊ oēs qui in vir perfectū veniūt. Adolescentule.i.incipiētes et adhuc teneri in fide. Ad hoc ppositū vide glosā. Materia ergo huius libri sūt sponsus et sponsa. Intentio salomonis est hortari sponsā ad oscula et amplexus/et ab omni amore ad ulterino reuocare. Vnde patet falsitas errorū illor qui dicūt Salomonē hūc librū cōposuisse ob amorē ꝓcubine carnalis quā amore fornicario diligebat. Finis enī huius libri est dilectio. nō quidē carnalis:sed spūalis sponsi ⁊ sponse.i.christi et eccīe. Vide glosā. Titulus talis est. Incipiūt cantica cantic̄or Salomonis. siue canticū cantici sic dictū propter excellentiā. Est enī triplex canticū/scz canticū in exitu vitiorū.de quo exo.xv. q̄n Moises cecinit. In exitu filior israel de egypto Canticū in ꝓgressu virtutū. de quo dicitur deutro.xxxii.ca°. q̄n cecinit Moises: Audite celi q̄ loquar ⁊c̄. Et canticū in cōsūmatione bonor operū. de quo hic. Vñ glosa Si vis ascendere/et cetera. In hoc ergo libro Salomō canit epitalamiū sponsi et sponse/ siue nuptiar xpi et eccl̄ie.que quidē nuptie fiūt in ꝓsūmatione bonor operū. Nā tūc eccīa xpo nuptialiter coniungitur: q̄n ipsa in virtutibus pfecta est/et in bonis operibus ꝓsūmata. Continet aūt liber iste solū octo capitula/ q̄ et si breuia sint in verbis:longa tamē sunt in sentētiis In processu expositionis huius libri non intendo insistere cu

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

riosis dictõibus seu cõtinuatõibus capitulor vel partiũ adinuicẽ. Sed quia liber iste dialogus est in quo sunt quattuor personatus/sponsi videlicet et sponse/sodaliũ et adolescentularũ/sicut ex dictis patet: ideo solum intendo vti quadã distinctione clausularũ/vt appareat quãdo sponsus loquitur vel sponsa/vel sodales sponsi/uel adolescentule sponse.

Capitulum primũ.

Habet igitur primũ capitulum octo partes: in quaꝝ
h prima hec verborũ series cõtinetur. ⌊Osculetur me osculo oris ꝛc ⌋ Et sũt verba ecclesie in persona antiquoꝝ christi aduentũ in carnẽ desiderãtiũ. Prima pars

Scit ergo ⌊Osculetur me ⌋ scilz deus pater ⌊osculo oris
d sui ⌋id est vnione filii dei. Vel ⌊Osculet̃ me osculo oris sui ⌋id est nõ loquatur michi Moyses vel ysaias vel alius prophetarũ: sed ore suo filius dei me erudiat. Vel ⌊Osculetur me osculo oris sui ⌋id est blandũ et hylarẽ se michi exhibeat. nõ asperũ vel terribilẽ sicut in veteri testamẽto. Sũt aũt tria circa istã litteram notanda. Primũ est qꝫ non dicitur hic ⌊osculetur me ore suo ⌋sed ⌊osculo oris sui ⌋quia non patrem per vnionẽ cõiugii postulat: sed filiũ patris. qui os/ id est verbũ patris dicitur. Secũdo notandũ qꝫ in hoc osculo tria sũt consideranda. Primo quia labia sese osculantiũ se consociant. Secũdo interiores anhelitus conspirãt. Tertio corpora ipsa sibiinuicem appropinquant. In primo signatur cõiunctio naturalis humanitatis et verbi diuini. In secũdo vnio spirituũ diuini et humani. In tertio comparticipatio passionũ Christi et Christiani. Tertio notandũ qꝫ triplex est osculũ/scilicet ad pedes: pro peccatorũ remissione. ad manus: pro gratiaꝝ actõne. ad os: pro mutua dilectione. Quia igitur osculũ oris signũ est dilectionis/ federis et recõciliationis/homagii et matrimonii: ideo ecclesia hec omia per incarnationẽ Christi et vnionẽ verbi diuini se adꝝturã sperãs eũ per osculũ petit dicẽs. ⌊Osculetur me osculo oris sui. ⌋Et

cauſã ſubdit[quia meliora ſũt vbera tua vino]id eſt refectio
pñtie tue vel euangelice doctrine melior eſt feruore legis/ vel
quibuſlibet aliis documẽtis. Sunt enĩ[fragrãtia vnguẽtis
optimis]id eſt redolẽtia donis ſpũs ſancti. Vel ſpũaliter
per vbera ſponſi pñt intelligi longanimitas expectantis/ et
clemẽtia ſuſcipiẽtis. et p vbera ſponſe cõgratulatio et cõpaſ
ſio. Lac autẽ iſtoꝝ: gaudere cũ gaudẽtibus/ et flere cũ flenti-
bus/ ut dicit Apoſtolus. Seq̃tur[oleũ effuſũ nomẽ tuũ]
Vbi alia cauſa redditur quare ſpõſa oſculũ petit. ſ. quia[no-
men tuũ]qđ eſt xp̃s. eſt[oleũ effuſũ]xp̃s enĩ ad litterã inter-
p̃tatur vnctus. Eſt igitur hoc nomẽ effuſũ. qđ laſſos confor-
tat. languidos ſanat. cecos illuĩat/ et omni nomini ſupnatat
et ideo quia te ipm nõ datur amplecti: interea odor noſtri tui
mecũ ex deſiderio pnoctabit. Vel põt exponi[nomẽ tuũ]id ẽ
fama noſtri tui. eſt[oleũ effuſũ]id eſt toti mundo manifeſtũ.
[idco adoleſcẽtule] id eſt rudes in fide[dilexerũt te nimis]id
eſt vehementer. Vnde in femínino dicitur adoleſcẽtule: ad ex
primendũ vehementiã amoris. quia ardẽtius amãt. Si igi
tur propter effuſionẽ ſolius noſtri adeo ardẽter et vehemẽter
diligitur ſponſus: quid erit cum res ipſa et veritas appare-
bit?. De oĩbus enĩ que ſponſo cõueniũt nichil noĩare potuit
qđ longius a veritate ipſius eſſet. Secũda pars.

t Trahe me poſt te]Huculqꝫ fuit vox eccĩe in pſona prece
dentiũ aduentũ chriſti: hec autẽ eſt vox eius poſt aſcen
ſionẽ. Vnde qr nemo venit ad deum niſi tractus. iuxta illud
Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus ic̃: ideo eccĩa poſt
aſcenſionem xp̃i alloquitur xp̃m dicens [Trahe me poſt te]
quaſi diceret. Trahe me qđãmodo inuitã: ut reddas volun-
tariã. Trahe me torpentẽ: ut reddas currentẽ. Trahe me. qr
retinet propria ponderoſitas. Trahe me. qr retrahit mundi
ſuauitas. et ideo trahe me: aut terrẽdo minis/ aut exercendo
flagellis. aut blandiendo beneficiis: trahe me igitur[Curre
mus]. ſ. ego et adoleſcẽtule: meo exẽplo excitati[in odorẽ vn

gentoꝝ tuoꝝ] id est in virtutem donoꝝ tuoꝝ.non in vigore meritoꝝ nostroꝝ. Vel[In odorē vngētoꝝ tuoꝝ]id est in imitatione operū tuoꝝ.in consideratione miraculoꝝ. vel in fama nominis tui. et tuoꝝ apostoloꝝ De quibus dicit. xp̄isti vnus odor sumus. Sequitur[Introduxit]Dixerat enī in quo currēdū.scilicet in odore vngentoꝝ/nunc dicit ad qd currendū/scilicet ad cellaria sponsi. Dicit autē[Introduxit me]quia licet oēs currāt/ ipsa tamen que ardentius amat: velocius curtit/et ideo cicius sola ad terminū peruenit[Introduxit ergo me rex ī cellaria sua]Diuersa cellaria/diuersse sunt ecclesie particulares in eadē domo seu eadē ecclia generali.quia archa noe licet vna fuerit.ecclie vnitatē p̄figurans/plures tamen habuit camerulas cōdinstinctas Vel diuersa cellaria/diuerse sunt ītelligētie scripturaꝝ Vel[Introduxit me rex in cellaria sua] id est in ecclesiā triumphātem/ in qua mansiones multe sunt[Introduxit] scz nunc in spe. tandē in re. Sequitur[Exultabimus]Ecclesia enī loq̄tur ad sponsum grata de beneficiis/nō elata:dicēs[Exultabimus et letabimur in te]nō in nobis/sicut superbi et īgrati/nec in cellariis tuis/id est in gaudiis tuis/ sicut mercēnarii[sed in te]sicut veri filii et amici[Memores vberū tuoꝝ] id est p̄ceptoꝝ documentoꝝz seu donorum tuorum[super vinū]id est super austeritatē legis. vel volūtatez carnalium desideritoꝝ.que in ebriant mentē[Exultabimus] inquā.in futuro ad plenū.et nō modo Vel scōm bernardū/ hec potest esse vox adolescentulaꝝ cōgratulātiū sponse. et dicētiū[Exultabimus in te]nō in nobis.quia nō meruimus introduci [Memores vberū tuoꝝ] id est meritoꝝ tuoꝝ . dulciū nobis [super vinū]scilicet preterite iocunditatis carnalis[Exultabimus]in quā.quia[recti diligūt te] Recti scz/ id est illiq nō sunt īgrati/qđ dicit propter sorores murmurātes. et spō se iudētes Et ad eundē sensū potest esse vox spōse ad sponsū dicētis[Recti]id est nō īgrati[diligūt te] vide glosam.

adolescentulas exhortātis. et eas ad passionū tolleran
tiā et persecutātiā inducētis/ et murmur blasphemātiū cō=
pescentis Quasi diceret. Vos vultis mecū in cellaria intro=
duci. non ergo vos terreat tribulatio. qz et ego [nigra sum]
scz exterius tribulationib⁹ et p̄suris [sed formosa]. s. īteri⁹
virtutū decoramētis [nigra]scōm statū p̄teritū sub peccato
[sed formosa]scōm statū p̄sētē sub gr̄a [nigra]iudicio mū
di [formosa]iudicio dei: vel [nigra] in aliquibus vestrū/ scz
in pueris [sed formosa]in fidelib⁹ et iustis [nigra sū]igitur
[sed formosa filie ihr̄l'm]scz illi⁹ ihr̄l'm q̄ libera est/ et q̄ ē ma
ter nostra. ad gal'. iiii°. Omnes autē vocat filias iherusalē:
propter fidei cōfessionē. sacramentoz̄ susceptionē. fideliū so
cietatē/ et future salutis spem. Nigra sum igit̄ [sicut taber=
nacula cedar]Cedar filius ysmahelis. Manus eius cōtra
oēs. et manus omniū cōtra eū/ et nullū inter homines hñs
locū. sed in tabernaculis p̄ nequicia sua semp̄ habitans. sic
et iusti p̄ meritis suis credunt̄ expelli et affligi. et quasi ho=
stes omniū iudicātur. Vnde dicitur Eritis odio hoīb⁹ pro=
pter nomē meū. Sic etiā eccl'ia. q̄si nullū hñs hic habitaculū:
semp̄ ē in milicia/ et ventis tribulationū expolita. Exteri⁹
ergo [nigra est sicut tabernacula cedar]sed īterius [formosa
sicut pelles salomonis]quib⁹ scz ipe texit tabernaculū. vt di
cit glosa. De pellib⁹ inq̄t rubricatis fecit sibi tabernaculū sa
lomon. hec glosa. Sed dubiū est vñ hoc sūpsit glosa. cū hoc
de salomone nusq̄ legatur in biblia. hoc aūt de dauid. ii. re=
gū vii. Et. i. para. xvii. Potest autē dici q̄ salomon tēplū edi
ficauit. et verisimile est. q̄ donec ip̄m totū p̄fecisset: ipsū te=
xit pellib⁹ pretiosis. et de his loq̄tur textus ꝫ glosa Seq̄t̄
[nolite me ꝯsiderare q̄ fusca sū ⁊c̄.]q̄ ei dixerat [nigra sū]
iō subdit [nolite ⁊c̄] q̄si diceret Non vos treat hec nigredo qz
nō ē natural'. scz accidētal'. nā [decoloravit me sol]. s. sol tribu=
latiōis in q̄ de⁹ illucet dādo ī tēptatiōe p̄uētū. Vel sol iustitie

propter cuius amorē hoc patior. Vnde nota q̄ sol iustitie ecclesiā coloravit. decoloravit. et recoloravit. Coloravit in natiuitate. decoloravit in passione. recoloravit in resurrectiōe. Et ita dici potest de beata virgine: q̄ sol iustitie eā coloravit in cōceptione. decoloravit in morte. recoloravit in assūptiōe

Sequitur ⌊Filii matris mee ⌋ et cetera ⌋ Vbi declarat qō dixerat. Dixerat enī se decoloratā ꝓpter passiones tribulationū: ideo hoc declarādo subdit ⌊filii matris mee ⌋ id est iudei. qui sunt filii ex eadē matre / scz synagoga. sed nō ex eodē patre. quia eis dicitur. Vos ex patre diabolo estis Joh. viii. Isti ergo filii adulterini ⌊Pugnauerūt cōtra me ⌋ scz disputationibus et afflictionibus ⌊Posuerūt me custodē in vineis ⌋ scz in vineis gentiū ⌊ vineā meā non custodiui ⌋ id est locū vinee scilz ierusalē incustoditū dimisi: licet inuita et expulsa. hanc aūt vineā suā dicit. quia ad eam specialiter missa fuerat. ab ipsa tamē expulsa fuit tp̄e xp̄i et apostolorꝫ. ideo ad vineam gentiū / id est ad p̄dicationē fidei et eruditionē gentiū se conuertit. Juxta illud Ecce cōuertimur ad gentes et cetera. Vel ista mater de qua hic loquitur potest dici eccla: cuius filii sūt motus culpabiles / affectiones carnales / et tēptationes penales: que oīa contra primitiuā ecclesiā pugnauerūt.

Quarta pars.

i Ndica michi quem diligit anima mea vbi pascas ⌋ Vel vbi pascat: ⁊m aliā litterā. Si autē littera habeat ⌊ ubi pascat ⌋ tūc est vox eccīe gentiū ad ecclesiā iudeorꝫ. Quasi diceret ecclesia gentiū / id est eccīa assūpta de gentibus. posita sum custodie in vineis sicut et tu. Sed ne fallar in multitudine hereticorꝫ et hypocritarꝫ ⌊ Indica michi ⌋ scilicet sponsū tuū ⌊ quē diligit anima mea. vbi pascat et vbi cubet ⌋ id est in quibus delectatur et quiescat ⌊ in meridie ⌋ id est in splendore maiestatis sue . Vbi notandū q̄ cenaculū sponsi meridianū sunt i pſi boni actiui: qui bonis operibus eum pascūt. sed cubiculū meridianū sunt ipsi cōtemplatiui: qui diuinis con

tẽplationibus eũ ſuſciplunt. Scdo nota ꝙ triplex eſt xp̃i cenaculũ vel cubiculũ. ſ. matutinũ. veſpertinũ/et meridianũ Matutinũ fuit ipſa ſinagoga ī patriarchis et prophetis. Veſpertinũ erit: qñ reliquie eorũ ſalue fient/ vt dicit ſcriptura. ſed meridianũ fuit eccĩa poſt aſcenſionẽ: qñ in die pentheco-ſtes ſol iuſtitie feruore caritatis: ſuos diſcipulos igne ſpũs ſancti viſibiliter inflãmauit. Si vero lr̃a habeat⌊ ubi paſcas. vbi cubes ⌋tũc eſt vox adoleſcentule ad ſponſã. et erit idem ſenſus et eadẽ expoſitio que prius⌊ Ne vagari ⁊c ⌋id eſt ne vaga errabũda et helitans curram poſt multitudinẽ he-reticor/ hypocritarũ et falſor fratrũ. qui deũ ore cõfitentur factis autẽ negant. Vnde ſodales dicũtur de quibus eccĩaſt. xxxvii. Sodalis amico cõiocundatur in oblectationibus. et in die tribulationis aduerſarius erit. Vel⌊ Jndica michi ⌋po teſt eſſe vox ſponſe poſt ſudores vite actiue: refectionẽ et quie tẽ vite cõtemplatiue optantis. Eſt aũt cõtemplationis quaſi hora matutina cogitatio. quaſi hora tertia meditatio. quaſi meridies viſio quã optat. quaſi hora veſpertina cognitio p creaturas. Vel meridies poteſt intellígi eccĩa triũphans quã ſibi indicari optat eccĩa militãs: ibi paſci et cubari cũ ſpon-ſo cupiens. Quinta pars.

C i ignoras ⁊c ⌋Vox eſt ſponſi ſponſã arguentis. Petierat enĩ ſibi indicari cenaculũ ſponſi/et cubiculũ qđ ipſa eſt ideo videtur ignorare ſeipſam. Vel ad id refertur qđ dixerat ſe nigrã. decoloratã et fuſcã: cum ipſa ſit colorata. cãdida/et pulchra. Dicit ergo⌊ Si ignoras te ⌋ſcilicet que et qualis ſis. Vel⌊ ſi ignoras te ⌋ p tribulationẽ pulchriorẽ fieri⌊ O pulher rima inter mulieres ⌋id eſt ſuper omnes infirmorũ congre-gationes. ꝙſi diceret tu videris hoc ignorare: et male. et ideo ⌊egredere ⌋ſcilicet a meo conſortio vel amplexu. Et nota ꝙ hic non tenetur verbum egredere imperatiue: ſed permiſ-ſiue vel promiſſiue. quia promittit et predixit quod eueniur erat. Quaſi diceret⌊ Egredere ⌋id eſt egredieris⌊ et abi ⌋id eſt

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

ábibis⌊ post vestigia gregũ tuoꝝ ⌋.i. post vatios actus errantiũ⌊ Et pasce ⌋ id est pasces praua doctrina⌊ hedos tuos ⌋id est puerlos auditores/ vel prauos motus carnales et fetidos nutries⌊ iuxta tabernacula pastoꝝ ⌋scilicet secuta scolas prauorũ et doctrinas iniquoꝝ magistrorũ. Vel⌊ iuxta tabernacula ⁊c . ⌋id est iuxta veros doctores.ut eis similis videaris: cum tamẽ futura sis eis dissimilis ⁊ aduersa. Sequitur ⌊Equitatui meo ⌋Vnde quia sponsus nõ vult sponsã ignorare seipsam:propter qõ increpando dixerat⌊ si ignoras ⁊c . ideo post cõminationẽ et increpationẽ blandiciis vtitur.et ꝑ beneficia ipsam ad cognitionẽ sui reducit dicens⌊ equitatui meo ⌋id est populo israhelitico⌊ assimilaui te ⌋id est similẽ feci.ut sicut ille populus vsqꝫ ad transitũ maris rubri semper afflictus ẽ ab egyptiis:ita tu a filiis matris tue usqꝫ ad mortẽ.Et ordinabitur sic littera⌊ o amica mea ⌋id est custos et cõscienti a secretoꝝ meorũ⌊ assimilaui te ⌋ id est similẽ esse monstraui⌊ equitatui meo ⌋id est populo israhelitico.existenti⌊ in curribus pharaonis ⌋id est existenti tp̃e curruũ pharaonis/ id est in tp̃e currentis ꝑsecutionis pharaonis.et sicut illum tunc liberaui: ita et te liberabo. ideo debes constanter et patiẽter hm̃oi ꝑsecutiones sufferre. Vel dic⌊ assimilaui te equitatui meo ⌋scilicet ad equitandũ⌊ in curribus pharaonis ⌋id est contra currus pharaonis/scilicet currus malicie.auaricie. luxurie/et cuiuslibet iniquitatis. Equitatus aũt sponsi sunt equoꝝ apparatus:quoꝝ alii sunt dextrarii:armis.ſ.patientie armati.alii palefredi/id est cõtemplatiui:qui dominũ suauiter portant.alii sũmarii ut predicatores:qui victualia et arma virtutũ aliis circũferunt.alii curriles ut prelati boni:qui pectore et humeris/id est sapientia et operatõe plebem quasi currũ ad celum trahũt. Iste ergo equitatus sponsi cui assimilatur sponsa continue certat contra currus pharaonis/id est diaboli:ideo dicitur⌊ assimilaui te ⁊c. ⌋ Sequitur⌊ Pulchre sunt ⌋ Vnde quia sponsa nigrã et fuscam se

causata fuerat. ideo sponsus de hoc eam confortãs: eius pul chritudinẽ describit. incipiens a genis: ubi pulchritudo mu lierũ maxie videtur apparere. Genas autẽ ecclesie p̃dicato res dicimus: in quibus deformitas vel pulchritudo ecclesie maxie consistit. Genis vero turtures assimilantur. quia tur tur amisso compare nulli alteri associatur/ et pro cantu ge mitũ assumit: sic ecclesia separata corporali p̃sentia a sponso nullũ extraneũ admittit consortiũ. et sola sedet: sua et alio rũ peccata gemens. Dicuntur etiã ipsi predicatores collum ec clesie. quia collo verba proferũtur. cibus in corpus trahitur corpus capiti iungitur: sic de predicatoribus et cetera. Predi catores etiã monilibus cõparantur. quia pectus ecclesie ver bis et exemplis muniũt: ne adulter diabolus manũ suã inse rat. et ornant pectus ecclesie: sicut virginale pectus monili bus adornatur: ideo dicitur ⌊ pulchre sũt gene et cetera. Sed quia ecclesia posset dicere. Vere pulchra sũt ut asseris: sed nõ habeo unde meũ possim seruare decorẽ: ideo subdit sponsus ⌊ Murenulas aureas ⌋ id est sacras scripturas sentẽtias. vel quaslibet institutiones unas ⌊ faciemus tibi ⌋ scilicet ego. pa ter et spiritus sanctus. Vel ego et mei coadiutores apostoli/ seu apostolici viri ⌊ vermiculatas argẽto ⌋ id est distinctas ni tore sacri eloquii: iuxta capacitatẽ auditor. Alia littera ali ter habet: sed de hoc vide glosam. Hic autem notandũ est q̃ murenula piscis est rotundus et longus/ per quem christi eternitas et eccie longanimitas accipi posset. Est etiã quod dam ornamentũ aureũ. Unde murenule dici possunt cathe ne quibus monilia colligãtur collo. et significant intelligen tiam spiritualẽ et vite mundiciã: per que sacra scriptura col lo ecclesie/ id est predicatoribus est ligata. Item in auro spi ritualis intelligentia. et in argento vite mundicia accipitur per que decor ecclesie custoditur: ideo dicit ⌊ Murenulas au reas/ et cetera.

c um esset rex in ac. ꝛc ⁊ Dox est sponse ad sodales sponsi vel ad adolescentulas / vbi ostenditur qua deuotione sponsi beneficia susceperit. et ꝑtū ex eis profecerit. et q̄d pro eis fecerit dicens ⁊ Cum esset rex in accubitu suo ⁊ id est ī vtero virginis / in cōceptione. vel in patibulo crucis / in passione. vel in sinu patris / in ascensiōe ⁊ nardus mea ⁊ que est herba humilis et calida . id est humilitas et caritas mea ⁊ odorē suum dedit ⁊ id est bonam opinionem: mandata eius et consilia implēdo. Vel in persona beate virginis ⁊ Cum esset rex et cetera ⁊ id est ī sinu patris filius dei ⁊ nardus mea ⁊ id est humilitatis ⁊ odorem suum dedit ⁊ Neq; enim cedrus neq; cypressus / neq; alia arbor alta / sed sola nardus ⁊ odorem suum dedit ⁊ propter quod in virginem descendit. quia scriptū est. Respexit humilitatē ancille sue / luce primo. Vel potest dici ī persona marie magdalene ⁊ Cum esset rex in ꝛc ⁊ id est xp̄us in mēsa ī domo lazari ⁊ nardus ꝛc ⁊ id est vnguētū ꝛc . Sequitur ⁊ Fasciculus mirre ⁊ cetera ⁊ id est tota cōgeries tribulationū quas dilectus meus pro me sustinuit: nūq̄ a memoria mea recedet: sed semper erit michi presens per recordationē et cōpassionez. et ideo ⁊ inter vbera mea commorabitur ⁊ Vbera autē sponse dici possunt gratitudo / et humilitas que maxime sponsum alliciunt et delectant. Hic autē est notandū. q̄ christus dici potest ⁊ fasciculus mirre ⁊ quia mirra potatus / et mirra ⁊ aloe perlinitus. Vel per fasciculū mirre (vt iam tactū est) possunt intelligi amaritudines pluriū tribulationū xp̄isti. Nam mirra arbor est Arabie : cuius gutta etiā mirra dicitur : et est multū amara. Sequitur ⁊ Botrus cypri ⁊ cetera ⁊ Quia ecclesia dixerat christi passiones sē per sue adesse memorie . ideo subdit quē fructū inde cōsequitur dicens ⁊ Botrus cypri ⁊ factus est / supple ⁊ dilectus meus michi ⁊ id est factus est michi causa letitie in resurrectiōe: q̄ fuerat michi ⁊ fasciculus mirre ⁊ id est causa amaritudinis

et tristitie in passione. Cyprus enī insula est florida et abundans racemis/ vinū dulce faciētibus et forte. botrus autē est vua cū palmite. et signat christum floridū. fortē et dulcē in resurrectione. Engaddi vero ciuitas est eadē que et hierico: ubi fuit olim vinea balsami: quā cleopatra transtulit in babilonē. Arbores aūt balsami quia in modū vineaꝝ excolūtur: vineas appellat. Dicit ergo [Botrus cypri dilectus meus michi]. i. dulcis fortis ⁊ floridus factus est michi dilectus meꝰ et apparet [in vineis engaddi] id est in collectionibus gentiū seu quorūlibet peccatoꝝ qui de hedis: fonte baptismatis facti sūt agni. Engaddi enī fons hedi interp̄tatur. Vel botrus cypri factus ē michi/ ille sc̄z qui habitat [in vineis engaddi] id est in his qui ex temptatione florescūt/ vel in his qui in tē ptatione oculo cordis deū recognoscūt. Engaddi enī alia interp̄tatione dicitur oculus tēptationis. Fuit ergo rex/ id est xp̄us [in accubitu suo] in vtero virginis existēs. Fuit [fasciculus mirre] in cruce pendēs et moriēs. Fuit [botrus cypri] de morte ad vitā resurgens. Fuit [in vineis engaddi] spiritū sanctū visibiliter mittens. Tunc enī vino spirituali et balsamo totam ecclesiā suam inebriauit. Ecce ergo q̄p breuiter ⁊ succincte eccīa quatuor beneficia sponsi recolligit/ et cū gratitudine recognoscit. Vnde p primū inuitatur ad humilitatē. per secundū excitatur ad deuotionē. per tertium erigitur ad spem. et per quartū inflāmatur ad amorē. his igitur q̄tuor beneficiis et quatuor virtutibus ecclesia pulchra effecta: statim a sponso audire meruit [Ecce tu pulchra]

Septima pars.

Ecce tu pulchra] Vox est sponsi admirationē facientis
e super pulchritudine sponse. Vnde notandū q̄p bina vice dicit eam pulchrā. Vel quia ipsa iteratio pulchritudinis confirmatio est amoris. vel in signū duplicis pulchritudinis/ scilicet interioris et exterioris. Vel vtriusq; populi/ scilicet iudeoꝝ et gentium pulchritudinē notat. vel vtriusq

vite/actiue et contemplatiue⌊ Tu igitur pulchra es ⌋et vere pulchra.quia⌊ oculi tui columbarum ⌋id est affectio et intentio habent simplicitatem columbinā sine plica praue dilectionis in affectione/ vel erronee opinionis in intentione. et cetera. Vel oculi spōse sunt doctores qui cōparātur colūbe per decē cōditiones. vide glosā Grego. Octaua pars.

e Ecce tu pulcher ⌋ Vox est sponse admiratione facientis super pulchritudine sponsi. Quos est enim sese amātiū mutua collaudatione letari. Vnde sponsa a sponso laudata: reciproce eum laudat dicens ⌊Ecce tu pulcher ⌋ Quasi diceret . Tu dixisti me pulchram. sed mea pulchritudo nō est ex me sed ex te⌊ tu enim pulcher es ⌋per naturam:ego a te pulchra sum per gratiā⌊ tu pulcher es ⌋secundū diuinitatē⌊ decorus ⌋secundū humanitatē⌊ pulcher ⌋ in solio patris⌊ decorus ⌋in vtero matris ⌊pulcher ⌋iustis gloriā conferendo⌊ decorus ⌋penitentibus indulgentiā largiendo.cum igitur ego pulchra sum/ et tu pulcher.non restat nisi vt intremus lectulum et iungamus oscula. Et quia palam hoc rogare vel petere erubescit : verecūdia muliebri suffusa.ideo hoc est quod clam insinuare videtur : cū dicit⌊ Lectulus noster floridus ⌋ ergo in eo quiescamus . Lectulus iste est ecclesia tota: in quo sponsus cum spōsa quiescit. Est aūt floridus:rosis martyrum.liliis virginū.et violis cōfessor. Dicitur autē⌊ lectulus ⌋ diminutiue/ quia et si duos capiat/ scilicet sponsam et sponsum. hoc tamen nō potest nisi prope sint et in dilectiōis vnitate coniuncti . Et dicitur⌊ noster ⌋quia bona opera et filii qui in hoc lectulo generātur cōmunes sunt sponsi et spōse. Sequitur ⌊ Tigna domor nostrar cedrina ⌋Quasi diceret/ non solum lectulus noster pulcher est:sed etiā domus pulchra. quia⌊ tigna ⌋ et cetera . Tigna captiones dicuntur. quia mutuo se capiunt / vel quia bina iunguntur. parietes enim stringunt . altiorem locum tenent/ et tectū supportant per ista vero tigna predicatores intelliguntur. qui et cedrini

dicuntur. quia alti per sapientiam intellectus/et imputribiles per mundiciā affectus. Ergo⌊tigna domorum nostrarum cedrina⌋sed⌊laquearia nostra cypressina⌋Ista laquearia sunt simpliciores in ecclesia. qui etiā sūt imputribiles et redolētes sicut cedri. De hac domo nota glosā. Ca. ii.

e Go flos campi ⌋hoc est secundum capitulum huius libri quod cōtinet nouē partes. in quarum prima sponsus spōsam alloquitur. quia enī ipsa cū inuitauerat ad amplexus. ipse ei respondēdo: eam ad strennuitatē certaminis et laborem agriculture inuitat dicens ⌊Ego flos et cetera⌋ Quasi diceret. Tu sponsa quietē appetis⌊sed ego sum flos campi⌋per laborem certaminis obtinendus. brauiū in stadio currentibus. corona/in campo certātibus. nichil me iocundius inueniūt qui pro me certant. nichil fortius: qui pro me laborāt⌊Ego⌋igitur⌊sum flos cāpi⌋nō flos lecti⌊Flos campi⌋id est filius virginis. q̄ fuit cāpus incultus. qui florem edidit decorē aspectu. tactu lenē. gustu medicinalē. olfactu delectabilē. sum igitur⌊flos cāpi⌋omnibus ad capiēdū expositus. et⌊liliū cōualiū⌋id est gloria humiliū. vel clementia peccatorū. q̄ nō veni vocare iustos: sed pctōres. Sequitur⌊Sicut liliū inter spi. et cetera⌋Adhuc spōsus sponsam laudando cā ad patientiā prouocat. Quasi diceret. Tu queris requiē lecturi. ꝛ scias/ quia cādior et pulchrior tribulationū aculeis efficieris. q̄⌊sicut liliū ītersp̄inas⌋cādet/crescit et redolet⌊sic amica mea inter filias⌋id est hereticos et fratres falsos. Vel inter filias/ scilicet adulterinas id est sectas ecclesie cōtrarias. ꝟ nam ꝗto preciosius et laudabilius est lilium spinis: tanto sponsa huius filias adulterinas precellit.

Hic autē notandū est ꝙ liliū in radice/ que sub terra latet fidem signat. in hastili alto recto et virenti/ spem. in granis aureis/caritatem. sex vero folia candida: sex sunt que castitatem precipue conseruant. scilicet sobrietas. operatio. cultus asperitas. custodia sensuum. raritas sermonuꝫ. vitatio

oportunitatis peccandi/scilicet loci/persone ꝛc. Vel potest exponi⌊Sicut liliū ⌋id est sicut ego fui lilium.i.innocēs. ⌊inter spinas ⌋ id ē iudeos. Vel⌊spinas ⌋corone spinee quam in cruce sustuli:sic amica mea inter filias. Vel⌊sicut liliū ꝛc ⌋ ita beata virgo omnes alias virgines p̄cessit et cetera.

Secunda pars.

⌊ Icut malus ⌋Quia sponsus sponsam laudauerat.ipa nō inde in superbiā extollitur:sed laudē reciprocat ipm attollit:dicēs⌊Sicut malus inter ligna siluarū ⌋id est sicut oīa ligna antecedit⌊sic dilectus meus inter fi. ⌋sic christus omnes sanctos et angelos excellit.respectu cuius omēs infructuosi iudicantur . Hic autē sciendū est q̄ malus in hieme est rugosa/ in vere est spinosa/in autūpno fructuosa ideo xp̄s huic arbori merito cōparatur.quia ipe etiā fuit in passione rugosus .in resurrectione floridus.in p̄dicatōe fructuosus.Itē Sciendū q̄ xp̄us huic arbori aliūde rationabiliter cōparatur. Quia malus inter arbores sublimes est exigua.inter lenes rugosa.inter planas spinosa:Sic etiā xp̄us fuit inter supbos huīlimus .inter delicatos dolorib⁹ plenus inter hypocritas peccator reputat⁹. Seqtur⌊Sub vmbra illius ⌋Malus enim habet vmbrā ⁊ fructū.et hec duo sponsa sole fuscata prius petierat qñ dixit:Indica michi ubi cubes? vbi pascas ꝛc. et ideo nunc ipsa exaudita:clamat letabunda ⌊Sub vmbra illius quē desiderauerā ⌋ id est sub p̄tectione secura.sub refrigerio quietata.sub odore vmbraculi letabūda ⌊sedi ⌋ scilicet docendi auctoritate p̄dita.regendi dignitate sublimata/ et iudicandi potestate honorata⌊et fructus eius et cetera ⌋ scilicet penitētie.cōtemplationis/ vel p̄dicationis. Vel⌊fructus ⌋ scilicet corporis et sanguis eius ⌊dulcis gutturi meo ⌋ id est interiori affectioni.

Tertia pars.

Introduxit me ꝛc ⌋hec est vox primitiue eccie de iudeis et est hic rectus ordo.Quia postꝙ locuta est sponsa de fructu:cōsequēter loquitur de vino et de potu:dicens

⁊ Introduxit me rex in cellā vinariā. Ubi sciendū q̄ cella aquaria potest dici lex ēm litterā exteriorē. cella aūt vinaria est ipa lex ēm spiritū interiorē. i. iuxta spūalē intelligentiam In nuptiis enī xp̄s aquā in vinū cōuertit: qui etiā aquā litteralis ruditatis in vinum spūalis subtilitatis mutauit. Vel ⁊ cella vinaria ⁊ est spūaliū bonor̄ affluentia. quibus Joseph inebriatus palliū reliquit egyptiace/ id est temporalia mūdi Vel ⁊ cella vinaria ⁊ cōtemplationis gratia vel celestis sapientia/ vel claustralis vita. Sequitur ⁊ Ordinauit in me caritatem ⁊ ordinauit inquā. q̄ aliquibus maiorē et aliis minorē contulit. Vel ⁊ ordinauit caritatē ⁊ ostendens qualiter deus et qualiter proximus sit diligendus. ut ēm Augustinū primo q̄ supra nos est diligatur. ſcdo quod nos sumus. i. aīa nra tertio q̄ iuxta nos/ id est hō vel angelus. q̄rto q̄ infra nos id est proprīū corpus. Vel ēm aliā glosā: ut primo deus. ſcdo ab hoīe ipsemet diligatur. tertio parētes/ deinde filii: postea domestici. qui si boni sint: malis filiis sunt p̄ponendi. tandē inimici. vide glo. Nota secundū modū auctor addit p̄ta glosam ut etiam ipse asserit. Quarta Pars.

¶ Olcite me ⁊c ⁊ Hec est vox eccie ad socios sponsi. Ubi spō sa prius umbra refrigerata. fructu cibata. calice potata munere caritatis ornata /et propter hoc ad supna erecta. ne ab hac persecutione deficiat: ad socios sponsi ait ⁊ fulcite me floribus ⁊ id est exēplis bene incipientiū roborate. Et ⁊ stipate me malis ⁊. i. exēplis p̄fector̄ munite ⁊ q̄ amore langueo ⁊ id est ppter amorē sponsi defectū in tēporalibus sustineo. vel penas carnis sustineo. vel in huius mundi pegrinatiōe: amore supne visionis langueo. Vel ⁊ Fulcite me floribus ⁊. i. sanctis desideriis et oratōibus. vel floribus virtutū et nō foliis verborū ⁊ et stipate me malis ⁊ id est operationibus bonis. Sequitur ⁊ Leua eius ⁊ cetera ⁊ Unde quia sponsus viderat sponsam languentē et debilem: ideo leuā suam capiti eius supposuit. Propter quod sponsa in gratiar̄ actionē erumpens ait

⁊ Leua eius sub capite meo/ et dextera illius amplexabitur me ⁊ Ubi sciendū est q̄ p leuā sponsi eius iustitia accipit/ et per dexterā misericordia vel per leuā cōminatio supplicii et p dexterā promissio regni perpetui . Vel per leuā potestas secularis/ vita activa vel bona temporalia. p dexteram vero potestas ecclesiastica/ vita cōtemplativa vel bona eterna intelligūtur. et ideo de dextera eterne glorie dicit q̄ ⁊ amplexabitur ⁊ nō q̄ amplexetur. et ad hoc propositū vide glosam.

a Diuro vos et cetera. Hec est vox Quīta pars. sponsi ad adolescentulas sponse. Unde sponsus volēs ostendere q̄tū misereatur languoribus sponse/ et q̄tū eam suis amplexibus habere gaudeat: his verbis insinuat dicēs. ⁊ Adiuro ⁊c ⁊ quasi diceret ⁊ O vos filie iernsalē ⁊ id est plebes michi subdite ⁊ adiuro vos per capreas ceruosq̄ campoꝝ ⁊ id est per amorē quem debetis vestris doctoribus et p̄latis ⁊ ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectā ⁊ id est ne aliquid faciatis propter qđ oporteat sponsā meā dilectā. in meo amore et meis amplexibus quiescentē: quietē cōtemplationis relinquere/ et vestris litibus vel peccatis curandis intendere.

Qđ autē subdit ⁊ donec ipsa velit ⁊ notat et innuit eam aliq̄n ex propria volūtate surrectura: ad procurandū vtilitatē subditoꝝ/ scilicet tempore oportuno. Hic autē est notandū q̄ p capreas cōuenienter intelligūtur doctores: qui visum habent perspicacē. ardua pascua querūt. herbas mundiores comedūt. Per ceruos vero prelati. Unde glo. Secūdo sciendū q̄ isti qui capree et cerui dicuntur esse: in montibus habitare designantur/ scilicet in montibus sapientie celestis et diuine cōtemplationis. ideo dicit ⁊ per capreas ceruosq̄ campoꝝ ⁊ qui in montibus habitant. Sexta pars.

u Ox dilecti ⁊c ⁊ Hec est vox sponse ad adolescentulas. q̄ enim ipsa animaduertit q̄ latenter ei p̄cipitur ut aliquando surgat: ideo ipsa se surrecturā promittit. sed primo ostēdit: quis sit ille pro quo surgit: dicens ⁊ Vox dilecti ⁊ quasi diceret. O vos adolescentule facta est michi ⁊ vox dilecti mei ⁊

id est dilectum meū audiui. et quia possent quærere adolescē-
tule. vbi est dilectus tuus? quomodo eius vocē audisti? ideo
subdit ⌊Ecce iste venit saliens et cetera⌋ Vbi nota q̄ p̄ sal
tum in montibus possunt intelligi subite apparitiones eius
in montibus facte ad litterā. sicut patet in nouo et veteri te
stamento vel p̄ montes possumus intelligere sanctos maio
res. per colles vero sanctos minores: in quibus nec deus ita
apparet nec refulget sicut in maioribus. Vel dicamus ⌊ecce
iste venit⌋ scilicet de sinu patris in vterū virginis ⌊saliens in
montibus⌋ scilicet de monte in montē. i. de seraphin in che-
rubin/ et sic de aliis vsq̄ ad angelos. qui sunt sub aliis ordi
nibus inferiores: ideo dicit ⌊et transiliens colles⌋ id est ange
los. quos scilicet ipse transilit. quando nō angelus de ordine
inferiori: sed archangelus Gabiel missus est ad virginem.
Sed in regressu de vtero virginis in sinū patris non ita an
gelos inferiores transiliit: sed prima die hospitatus est apud
eos. Vnde ipsi querebant. Quis est iste qui venit de Edom/
et tinctis vestibus de Bosra? et secūda apud archangelos. et
ita de aliis cōsequēter: donec sol p̄ gradus decem lineis reuer
sus est. et decima die mansit apud patrē/ et tunc misit spiri-
tum sanctū. De saltibus christi vide glosā. ⌊Similis est di
lectus ⁊c.⌋ Vbi ostendit sponsa qualis est dilectus qui ita sa-
lit et transilit: dicens ⌊Similis est dilectus meus capreo⌋ be
ne saliendo ⌊hynnuloq̄ ceruoꝝ⌋ affectus humilitate/ cursus
velocitate/ virtutū varietate. Sed pro hac littera vide glosā.

Sequitur ⌊En ipse stat ⁊c.⌋ Vbi notandū q̄ triplex est pa
ries noster/ scilicet natura hūana. p̄s. Tanq̄ parieti inclu ⁊c.
peccatoꝝ macula. Ezechielis viii. Fili hoīs fodi parietē et vi
debis abhominationes ⁊c. diuitiarū sarcina. p̄s. In æo meo
trāsgrediar murū. dicit ergo sponsa ad adolescētulas ⌊en ipse
stat⌋ quasi diceret. benedixi q̄ venit. quia ⌊en⌋ id est ecce ⌊ipse
stat post⌋ hunc triplicem ⌊parietē nostrum⌋ ac si diceret: ipē
est prope sed ipsum videre impedit paries noster. Et primo
natura humana nostra: que sua obscuritate multū impedit

vilum. scdo peccatoꝝ macula: que obnubilat sensū. tertio di uitiaꝝ seu bonoꝝ terrenoꝝ sarcina: que aggrauat intellectū sed quia xpūs nō est impeditus his tribus: ideo stat post pa-rietē⁊ respiciēs p fenestras ⁊ id est per apostolos p quos respi cit/ id est recte aspicit. Et⁊ prospiciens per cancellos ⁊ id est p prophetas per quos prospicit/ id est procul aspicit. Christus enī per apostolos locutus est de p̄sentibus: p prophetas aūt de remotis. Sequitur⁊ En dilectus ⁊ quasi diceret. nō so lū respicit me: sed etiā⁊ loquitur michi ⁊ et hec locutio nichil a liud est q̄p ad laborē vite actiue excitatio: quod sequētia ver-ba declarant.

Septima pars.

¶ Surge propera et cetera ⁊ hec est vox sponsi: sp̄nsam ad laborē vite actiue exhortātis. dicit ergo o ⁊ amica mea ⁊ que amas et amaris⁊ columba mea ⁊ simplex nō inuida: sed spiritu sancto repleta⁊ formosa mea ⁊ fidē et morū cōpositio-ne. Vel eccīa dicitur⁊ amica ⁊ xp̄i. quia eius lucra querit⁊ colū ba ⁊ quia in oratione gemit⁊ formosa ⁊ q̄ diuīe similitudinis decorē in contēplatione induit. Tu igitur⁊ surge ⁊ a lecto cō-templationis: ad laborē vite actiue/ scz ad opus p̄dicationis Nā et ego sponsus tuus quietē meā cū patre quodāmodo p p̄dicatione intermisi⁊ propera ⁊ q̄ tempus breue/ et malicia in moribus inualescit⁊ et veni ⁊ scilicet ad dandā curā salutis proximis: ut cū magno cōmitatu ad nuptias celestis regis valeas ingredi. Vel surge ⁊ scilicet a sōpno culpe ad vigilias penitentie, ab amore terrenoꝝ: ad celestiū eternoꝝ⁊ prope ra ⁊ q̄ tp̄s breue: via longa/ et pricula multa⁊ Et veni ⁊ ad me sponsū tuū/ magistꝝ tuū. Et scdm hanc expositionē etiā po test esse vox xp̄i ad animā deuotā. Sed ne sp̄sa excusationē p̄tendat propter tēpus vel viam. ideo subdit⁊ hyems ⁊ scilicet infidelitatis⁊ transiit ⁊. ⁊ imber persecutionis⁊ abiit ⁊ et loqui tur pro tempore confessoꝝ. quia tēpore apostoloꝝ et martyrū hyems erat/ et imber inundabat⁊ flores ⁊ id est inicia bo-noꝝ operum⁊ apparuerunt in terra nostra ⁊ id est in ecclesia

gentiũ:quam et tu et ego excolere debemus.tu plantando et rigando:ego vero incrementũ dando.et p hoc venit messis ideo subdit[tempus putationis aduenit]id est collectionis/ et remunerationis. Vbi notandũ est tria esse tempora/ scilicet tempus tẽptationis:quod fuit ante legẽ/regnante diabolo.tempus visitationis. qđ fuit sub lege:regnante Moise. tẽpus putationis/quod est sub gratia:regnante xpo. In primo vero tempore seruus expectabat vmbrã legis. in secũdo mercẽnarius finẽ operis.in tertio filius gloriã aĩe et corporis. Sequitur[Vox turturis]id est vox spiritus sancti. qui gemit/ id est gemere nos facit [audita est ĩ terra nostra] id est in ecclesia:scilicet qñ Gabriel dixit. Spũs sanctus superueniet in te ic̃. Luce pmo. Vel[vox turturis] est sonus apostolor et predicator.qui auditus est[in terra]Quia in oẽm terrã exiuit sonus eor/ in ps. Vel[vox turturis]id est ecclesie:que absentiã sponsi incõsolabiliter gemit.q autẽ vox turturis audita sit:probat cũ dicit [Ficus ptulit grossos suos] [Ficus]id est synagoga[protulit]id est proiecit[grossos suos]id est ceremonias suas/ et immaturã legalis obseruantie intelligentiã.Grossi enim dicũtur fructus ĩmaturi. Hoc ergo factũ est:audita voce turturis/id est spiritus sancti ic. [Vinee florentes]idest congregationes fideliũ in primitiua ecclesia[florentes]id est credere incipiẽtes [dederũt odorem suum]id est famã sancte conuersationis. sicut alibi.Christi bonus odor sumus. Ex quo igitur tanta est oportunitas pdicandi[Surge amica mea]que amas me si pueris oues meas/sicut dictũ est de Petro[speciosa mea.columba mea/ et veni]scilicet gradiẽdo propria:et nõ coacta voluntate[in foraminibus petre]id est in fide vulnerũ xpi. De quo.i.cor.i. Petra autẽ erat xpus[in cauerna macerie]id est in fide ianceati/ et fossi lateris saluatoris. Vel[in foraminibus petre/ in cauerna macerie]id est foraminosa et cauernosa predicatione apostolor.i.inculta p sapientiã mũdi et reputata stul-

ra apud mundū. Vel potest cōstrui littera ⁊ O amica ⁊c ꝯ ⁊q̄ ha
bitas ⁊ in foraminibus ⁊c. ⁊ exponatur ut p:ius. Sequi
tur ⁊ Ostende michi ⁊c. ⁊ xp̄ūs enī primo cepit facere: deinde
docere Actuū. i. et idē docet eccīa dicens ⁊ O ñde michi faciē
tuā ⁊ scilicet in bona operatione ⁊ et sonet vox tua in auribus
meis ⁊ scilicet in ista p̄dicatione. Et dicit ⁊ oñde michi ⁊ ut pro
pter deum nō propter mundū fiat p̄dicatio. Dicit etiā ⁊ in au
ribus meis ⁊. i. non in auribus hoīm. ut propter eor fauorē
fiat predicatio. Vel ⁊ in auribus meis ⁊ id est meor: non canū
vel porcorū. de quibus dicitur. Nolite sanctū dare canib⁹ ⁊c.
Mathei vii. vel aīe peccatrici dici potest ⁊ Ostende michi fa-
ciem tuā ⁊ quā tibi dedi immaculatā: et tū eam peccator tur
pitudine maculasti ⁊ ostende ⁊ inquā ⁊ michi ⁊ vel vicario meo
spirituali p confessionē ⁊ sonet vox tua ⁊ scilicet vox quīq; pul
cra/ id est vox cōfessionis. laudis. orationis. doctrine. p̄dica
tionis. hec enim sunt quīq; verba apli. i. cor. xiiii. ⁊ auribus
meis ⁊ id est auribus misericordie. clementie/ et cōpassionis.
quia ⁊ vox ei tua dulcis ⁊ quia laudē meā resonat ⁊ Et facies
tua decora ⁊ id est intentio. operatio. cōscientia vel vita ⁊ deco
ra ⁊ scilicet. q̄ voci consona. aliter nō bene cōcordaret psal-
mus cū cythara. voci ergo consona. moribus ornata/ et pri
stine pulchritudini restituta. Quia vero nō sufficit docto
ribus et prelatis vitam bonā ostēdere. p̄dicationē docere: nisi
et errantes corrigant/ et maliuolos compescant. ideo subdit
⁊ capite nobis ⁊. s. retibus doctrine/ et venabulis disputatōis
⁊ nobis ⁊ nō vobis/ id est ad laudē nostrā et gloriā diuinā: nō
ad laudē vestrā et vanā gloriā humanā ⁊ vulpes paruulas ⁊
id est hereticos et scismaticos callidos et cautos ⁊ paruulas ⁊
. i. dum paruule sunt in malicia ⁊ fraude: ne maiores effecte
plus noceāt. Vel ⁊ paruulas ⁊ p simulationē simplicitatis/ et
humilitatis ⁊ que demoliūtur vineas ⁊ id est ecclesias rodunt
et corrūpunt ⁊ N ā vinea nostra floruit ⁊ et ideo florenti vinee
sunt nociue.

d Jlectus ꝛc.]Vox est sponse ad adolescẽtulas: suã obedientiã ostendẽtis. quasi diceret [dilectus meus michi] supple p̃cipit. ut ego surgam de vita cõtemplatiua ad actiuã [et ego illi]supple obedio. Vel dilectus meus michi]supple adiuuat p̃ueniẽdo [et ego illi]adiuuo cooperãdo. iuxta illud Dei adiutores sumus. Vel dic sicut glosa. Et q̃si aliquis quereret quare ita sponsa sponso obediat. respondet [qui pascit̃ inter lilia][qui]id est q2 ipe [pascitur]id est delectatur [inter lilia]id est inter humiles et obediẽtes. vel lilia virtutes sunt in quibus dilectus pascit et pascitur [donec aspiret dies]id ẽ donec clarescat dies eternitatis [et inclinẽtur vmbre].i. transeant omnes hereses et errores. Vel [umbre]dicũtur reprobi qui inclinabũtur in infernũ. et tũc aspirabit dies eternitatis ipsis beatis. Nona Pars.

2 Euertere]Vox est sponse videtis se insufficientẽ ad ea que iubẽtur facere: nisi assit speciale adiutoriũ sponsi. quasi diceret. sine te nichil possum. ideo [reuertere]adiuuãdo me p gratiã tuã [similis esto dilecte mi capree]propter acutiẽ visus [hynnuloq3 cernuoz]propter agilitatẽ cursus [reuertere]unquã [sup montes Bethel]id est in excelsis mẽtibus perfectoz conscende. qui sunt bethel/ id est domus consurgens/ vel domus vigilie/ vel domus dei. quasi diceret. Licet discedã a te: dimittẽdo paulisper ꝓtemplatiuã tui propter actiuã et consolatiuã proximi. tamen ex toto nõ discedo: sed [reuertere]assistendo michi. illuminãdo me/ et velociter adiuuando.

Capitulũ tertiũ.

i N lectulo]Hoc est tertiũ capitulũ huius libri. qđ continet quiq3 ptes. In quaz p̃ia hec verboz series cõtinetur [In lectulo meo ꝛc]Et est vox eccie de gẽtibus: desideriũ qđ ante querelionẽ habuit exprimẽtis [ĩ lectulo ꝛc].i. in amore mũdi. vl' in voluptate carnis. vl' in otio quietis a strepitu mũdi. qđ dicitur ꝑpter phõs gentiles [quesiui]scilicet ducatu rõnis naturalis [quẽ diligit aĩa mea]naturali dilectione [p noctes]id est p philicas rationes/ vel per crea-

turas. vel in noctibus peccati. erroris. ignorantie/et aduersitatis existens⌊ quesiui ⌋multotiens⌊ et nō inueni ⌋qr nō recte vel nō vbi erat ꝟueniēdus querebā. vel quia nec angelus nec propheta nec doctor michi lumen fidei reuelauit. Fides enī ex auditu est scōm apostolū. Et iō dixi amico meo⌊ Surgam ⌋scz a triplici lecto predicto. scz mūdi/carnis/et quietis ⌊et circuibo ciuitatē ⌋id est ecclesiā⌊ per vicos et plateas ⌋ Vici sunt spirituales viri. qui dū ad celestia gradiuntur: angustā viā tenent. Platee vero sunt seculares qui malas voluntates sequntur/et lata via incedunt: per vtrosqz igitur circuit/scōm glosam ⌊Querā quē dilīgit aīa mea ⌋id est querā si sit ibi aliquis qui sit ille: vel qui sciat me docere qualiter de beat inuenirt⌊ quesiui et nō ꝟueni ⌋id est plurimo labore: mūdo peragrato. sapientiū verbis discussis: nichil certū habere potui de via veritatis ⌊Inuenerunt me custodes ciuitatis ⌋id est custodes ecclesie inuenerūt me. id est ad fidē querterunt. Philippus enī eunuchū inuenit. Actuū. viii. et petrus corneliū. Actuū. x. ⌊Custodes ⌋ergo⌊ ciuitatis ꝟenerūt me ⌋et tunc dixi eis⌊ Nū ⌋id est nūquid ⌊quē dilīgit aīa mea vidisti ⌋scz in scripturis. in creaturis/vel potius in fide et inspiratione⌊ Paululū ⌋id est paulo post ⌊cum pertrāsissem eos ⌋id est cum facta et dicta eoꝝ percurrissem⌊ inueni quē dilīgit aīa mea ⌋quia ꝙ cito aliquis deū vero intuitu inquirit: statim eum inuenit⌊ tenui illum ⌋ in manu fidei⌊ nec dimittā ⌋scilicet eū vel fidē eius ⌊donec introducā illum in domū matris mee ⌋id est in collectionē synagoge. quod erit in fine seculi. quādo reliquie eoꝝ salue fient. Vel posset exponi moraliter de lectulo religionis. et de ciuitate secularitatis ⁊c. Vel de lectulo studii et lectionis et de ciuitate moralis operatōis et cetera.

Secunda Pars

a Diuro vos ⁊c ⌋hec est vox sponsi ad adolescētulas. Vn de sponsus perspiciens sponse obedientiā et auiditatē alios cōuertēdi: vt citius et liberius hoc fieri possit: adiurat

filias ierusalē.i.iudeos nouiter cōuersos. vel iudeos qui ec-
clesiā de gētibus p̄cesserūt: ut sponse nō parēt impedimentū
Et potest iste versus ꝓportionabiliter exponi sicut prius. nō
tñ inutiliter repetitur ut dicit glosa. Tertia pars.

q Ve est ista ¶hec est vox eccīe de iudeis videntis eccīam
de gētibus de deserto idolatrie ad alta virtutū et spō-
si amplexus ascendere. Vñ sup hoc gaudēs admiratur: et di
cit¶ Que est ista ¶id est quāta laudē digna¶ que ascēdit ¶scilicet
de vanitate ad veritatem. de vitiis ad virtutes. de virtute in
virtutē¶ p desertū ¶id est p mediū gentiū desertax a gratia et
veritate. Vel¶ p desertū ¶id est per mundū ¶sicut virgula fu-
mi ¶id est ad instar virgule et fumi ascēdentis/ et habētis fi-
guram virge fumi¶ fumi ¶inquā sacri¶ ex aromatibus mir
re et thuris/ et vniuersi pulueris pigmētarii ¶ Vbi notan
dū q̄ hec eccīa virgule cōparatur. q̄ erecta est in intentione.
erecta in spe. fragilis pauptate. flexibilis mansuetudīe. Itē
fumo cōparatur. q̄ calida in amore. leuis sine peccatox pon
dere/ et ascendens in cōtemplatione. Itē fumo cōparatur. q̄
fumus eodē tp̄e partim inferius oritur/ et supius moritur:
ita eccīa partim in quibusdā gignitur/ et in aliis ad celestia
colligitur. et q̄to magis ascendit in cognitione dei: tāto ma
gis nichil efficit in cōsideratione sui sicut fumus ꝛc. hic autē
mirra penitentiā significat. que vermes motuū carnaliū ne
cat: et animā a corruptione peccati seruat. Thus vero ora-
tionē designat: que in conspectu dei redolet et fragrat. Vni-
uersitas autē pulueris pigmētarii vniuersitatē virtutū no-
tat. patet ergo misteriū. Potest etiā hoc moraliter expo-
ni de ascensu anime penitentis/ et ad alta virtutum p deser-
tum penitētie ascendentis. Vel de ascensu gloriose Virginis.
et est planū. Quarta Pars.

e N lectulū ¶hec est vox ecclesie de gentibus respondēn-
tis ad illam questionē. que est ista: ꝛc. Vñ q̄ eccīa de iu
deis ascensum eccīe de gentibus admiratur: querens. que est

ista et cetera. ideo ad hanc questionē respondet ipsa gentilitas ꝛterminans quo ascēdat. scz ad lectulū salomonis dicēs ⌊En lectulū ⌋id est me effectā lectulū⌊ salomonis ⌋id ē xp̄i veri pacifici.⌊ sexaginti fortes ⌋id est vniuersi predicatores/ fortes ad onera et ad pugnā. vel⌊ sexaginta ⌋id est sex operū misericordie et decalogi impletione perfecti⌊ ambiunt ⌋ scz contra incursus hostiū.⌊ ex fortibus israel ⌋ id est ex perfectionibus cōtemplatiuis:qui ad dei visionē seu cognitionē laborant⌊ qui sūt tenētes gladios ⌋ scilicet tres gladios. primus est gladius doctrine. scz spūs. qđ est verbū dei. ephe. vi. cōtra hostes et aduersarios veritatis. Secundus est gladius disciplīne. cōtra motus temptatiōis carnalis/ et rebelliones sensualitatis. Tercius est gladius potestatis iudiciarie: qui est principum et prelatorꝝ:cōtra hostes iusticie et equitatis ⌊ Et ad bella doctissimi ⌋scientia docti. sapientia doctiores/ et experiētia doctissimi⌊ vniuscuiusqꝫ ensis super femur suū ⌋scz ad repellendū prompte hostiū nocumenta ⌊ propter timores nocturnos ⌋id est tēptationes occultas. vel peccata ignorantie. vel temptatiōes carnis:que maxime de nocte infestant.

Sequitur⌊ Ferculū fecit sibi ⌋ Ferculū istud dicitur a fero fers. et ē idē qđ vehiculū vel currus vel cathedra vel thronus. Vnde notandū est ꝙ eccīa prius cōparata fuit virgule: propter deuotionē orantiū. scdo lectulo:propter quietē cōtēplantiū. tercio nunc cōparatur ferculo:propter discursū p̄dicātiū. Dicit ergo⌊ Ferculū fecit sibi ⌋Quasi diceret. Non est ex me si ascendero:sed ex deo. quia⌊ rex salomon ⌋rex pacificus et amabilis dño id ē xp̄s⌊ fecit sibi ferculū ⌋ quo feratur per mundū⌊ de lignis libani ⌋id est de gētibus primo aridis et infructuosis:sed postea fortibus/ patientia. celsis sapientia. preciosis tēperantia. odoriferis fama. imputribilibꝰ perseuerantia. candidatis innocentia⌊ colūnas eius fecit argenteas ⌋id est prelatos et doctores. altos per sapiētiā. rectos per iusticiā. fortes per constantiā. alios portātes per cōpassionē

et misericordiã: sicut argentũ per sacre scripture doctrinas et eloquẽtiã. Reclinatoriũ aureũ .id est speculatores ꝛc. vide glosam. Ascensum purpureum .id est martyres ꝛc. vide glosam. media caritate cõstrauit .id ẽ huiusmodi martyres affligi et mori permisit mediante caritate. et hoc totũ factum est. propter filias ierusalẽ .id est propter infirmos de eccl'ia cõfirmandos: quos filias vocat nõ filios. Vel. media .potest esse accusatiui casus. et tunc exponat sicut glosa. Vel de beata virgine potest dici. Ferculũ fecit sibi rex salomon .id est beatã virginẽ que eũ gestauit. de lignis libani .id est de mẽbris imputrifactibilib9 omni puritate cãdidissimis. columnas eius fecit argenteas .id est virtutes eius. fecit argẽteas .per lucentiã bone fame. reclinatoriũ aureum .id est virginis vterũ preciosũ. vel ideo aureũ. quia diuitiis sapientie repletũ. ascensũ purpureũ .quia ipsa in celũ ascẽdit/ nec tamen expers fuit martyrii. Media .id est cor ei9. caritate cõstrauit .id est decorauit. propter filias ierusalem .id est vt eam imitando possint secũ ascẽdere/ et videre regẽ salomonem in dyademate suo. Quinta pars.

e Egredimini .hec est vox ecclesie gentiũ ad incredulos de iudeis/ dicens. O filie sion .id est patriarchar et prophetar. egredimini .ab ignorãtia infidelitatis. a carnali intelligentia legis. a carcere peccati. et videte .visu fidei. regẽ salomonẽ .id est xpm. in dyademate .id est carne pura et integra. quo coronauit eũ .id est circũdedit eũ. mater sua .id est maria. hiere. xxxi. Nouũ faciet dñs sup terrã. mulier circũdabit virũ ꝛc. In die desponsationis illius .id est in die incarnationis. qñ sibi naturã humanã/ quasi sponsam sociauit. et in die leticie cordis eius .id est incarnationis qua fuit marie ineffabile gaudiũ/ et cetera. Capitulũ quartũ.

q Vam pulchra .hoc est capitulum quartũ huius libri. quod cõtinet octo partes. Quarũ prima est vox spõsi. ecclesiã de gẽtib9 multipliciter 9mẽdãtis. et ei9 pulchritudinẽ

admirabilem ostendentis. et dicit. O amica mea ꝙ pulchra es ꝙ operatione ꝙ pulchra ꝙ predicatiõe ꝙ oculi tui colũbarũ ꝙ id est doctores et prelati simplices sunt et spirituales et fluẽtis scripturarũ insistentes ꝙ absq; eo quod intrinsecus latet ꝙ id est absq; intentiõe cordis: que soli deo patet. vel absq; virtutũ interioꝝ pulchritudine que hoĩes latet. vel absq; eterne retributiõis claritate: que modo nõ videtur nec apparet ꝙ capilli tui ꝙ id est fideles et graciles humilitate. molles mãsuetudine: xpõ capite adherentes fide/ spe/ et caritate ꝙ sicut greges caprarũ ꝙ in velocitate operis. ascensu cõtemplationis. descensu cõpassiõis. et electione pastus melioris ꝙ que ascẽderunt de monte galaad ꝙ id est de monte scripture sacre. vbi est aceruus testimonioꝝ de promissiõe premioꝝ bonis/ et de cõminatiõe supplicioꝝ malis. vel ꝙ mons galaad ꝙ est xps. cui attestatur multitudo martyrũ. Martyres enĩ et testis idẽ sunt et de hoc monte/ id est de fide et virtute eius. ascenderũt oẽs penitentes ab imo vicioꝝ ad alta virtutũ ꝙ Dentes tui ꝙ id est predicatores. puritate candidi/ fortitudine ossei. caritate cõiuncti. iustitia ordinati. cõstantia et stabilitate immobiles. q̃ peccata rodunt. scripturas cõterũt. alios in corpus eccĩe trahunt. hii sunt ꝙ sicut greges tonsaꝝ q̃ ascẽderũt de lauacro ꝙ id est sicut greges cõcordes/ vnanimes/ simplices/ et innocẽtes. tonsi. quia superflua sponte relinquẽtes. de lauacro/ scz baptismatis. ascendentes de virtute in virtutẽ ꝙ omẽs ꝙ scilicet tam oculi tam capilli q̃ dentes. id est maiores/ minores/ et mediocres ꝙ gemellis fetibus ꝙ id est habent gemellos fet9/ id est habẽt opera cõsimilia. vel tales reddũt alios quales ipsi sunt. vel ꝙ gemelli fetus ꝙ sunt opera actiue et contẽplatiue vel cõuersi de vtroq; populo ꝙ et sterilis nõ ẽ iter illas ꝙ. i. aliquis infecũdus: q̃ sibi ꝛ aliis nõ ꝓficiat. Nota ibidẽ glo. ꝙ Sicut vitta coccinea labia tua ꝙ labia spõse ꝓdicatores sunt. q̃ et oculi et dentes dicti sunt. tñ proprie oculi sũt prelati ecclesie: qui ecclesie preuidẽt. dentes expositores scripturarũ: qui scri

pcurā ſacrā terunt.et labia predicatores/ qui atterita aliis af flāt. hii ſunt ergo⌊ ſicut vitta ⌋quia capillos id eſt cogitatio nes ſuas vel alioꝝ vel fideles reſtringunt ne effluāt in opus malū.et ne operiāt oculos ne deū videāt⌊ coccinea ⌋dicitur. quia circa ruborē paſſionis predicatio eoꝝ uerſatur.et ex ar dore caritatis procedit⌊ et eloquiū tuū dulce ⌋id eſt predicatio tua dulcis.qꝛ ex dulci fonte procedit.et nichil reſonat niſi dul ce⌊ Sicut fragmē malipunici ita gene tue ꝛc ⌋Gene eccleſie ſunt prelati.qui ſunt facies et decor eccleſie ſi ſint boni . et ſi cut in genis pudor apparet. ſic ipſos debet pudere de malis operibus ſi q̄ fiāt⌊ fragminis aūt malipunici ⌋ quedā pars albet et alia rubet. ſic et illi cādorē habēt per īnocētiā. et ru= borē p martyrii ſi opꝰ ē promptā tollerātiā⌊ abſqꝫ eo qꝫ ītrin ſecus latet ⌋Exponatur ſicut ſupra ī pncipio capli. Seq̄ tur⌊ Sicut turris dauid collū tuū ⌋ Collū eccie ſūt xpi pdi= catores. per quos nutrimētum a capite xpo in corpus eccie trahitur/ qui turri cōparatur. ppter fortitudinē et refugiū. et ppter vite et ſcie eminētiā. que turris ſi caperetur tota ci= uitas eccl'ie facile expugnaretur⌊ Turris dauid ⌋ id eſt xpi. et a xpo⌊ edificata eſt cū propugnaculis ⌋id eſt ſcripturaꝝ ſen tentiis.eccl'ie ſacramētis.et ſāctoꝝ miraculis ꝛ exēplis⌊ Omil le clipei ⌋id eſt tota deuotio et ſancta⌊ pendēt ex ea ⌋ſcz tripli= citer.documēto.exemplo.et patrocinio.et expēdet ex ea⌊ oīs armatura fortiū ⌋id eſt oīs inſtructio verbi et exēpli. Vel mo raliter. Collū aie eſt caritas per quā vitalis flatus recipitur a deo/et emittitur ad vtilitatē pximi. que turris dicitur p= pter altitudinē/rectitudinē/et fortitudinē. et ex ea⌊ depedēt mille clipei ⌋id eſt oīa ſacra eloquia. Nā ex ea pendēt vniuer ſa lex et prophete. Oſa.xii. Vel⌊ mille clipei ⌋ id eſt vniuerſe virtutes quib9 ptegimur⌊ et oīs armatura fortiū ⌋id eſt oēs virtutes quibus hoſtes impugnantur. Sequitur⌊ Duo vbera tua ⌋ hic eſt notandū quod dicit gloſa⌊ Vbera ⌋ er= go predicatores ſunt.qꝛ paruulis ī xpo lac doctrine infūdūt

⌊duo ⌋propter geminā caritatē ad deū et ꝓximū. vel duo ꝓ-
pter vitā et ſcientiā⌊ſicut duo hynnuli capree ⌋quia perſpica
ces viſu. veloces curſu in arduis habitātes. meliora paſcua
querentes⌊gemelli ⌋qꝛ eodē tpe ſcz tpe gratie. ab eodē patre
et eadē matre id eſt deo et gratia generati⌊qui paſcuntur in
liliis ⌋.i. in ſcripturis ſacris et ſanctoꝝ exēplis⌊donec aſpi-
ret dies ⌋ſcz eternitatis⌊et īclinētur vmbre ⌋ſcz infidelitatis.
qꝛ tūc nō habebūt neceſſe docere vel doceri. Scda Pars
V Adam ad montē mirre ⌋hec eſt vox ſpōſi. Vnde poſtꝙ
ipſe poſuit ſpōſe cōmendationē: nunc ponit eius cōſo
lationē dicens⌊Vadam ad montē mirre ⌋id eſt carnē morti-
ficantibus/ conſolationē impendā⌊et ad collē turris ⌋deuo-
tis maiorē gratiā et deuotionē cōferā. Hic autē notādū.
ꝙ mons altior eſt colle. et ita penitētia vel amaritudo ſubli-
mior eſt deuotionis ſuauitate. Secundo notandū ꝓ miſte
rio huius littere. ꝙ primo eſt vallis mirre id eſt amaritudo
ꝓ exigētia culpe. ſcdo eſt campus mirre id eſt amaritudo
ꝓ zelo iuſtitie. tertio eſt collis mirre. ꝓ cuſtodia innocen
tie. quarto eſt mons mirre: ꝓ deſiderio celeſtis patrie. Non
autē peruenitur in hunc montē/ niſi primo trāſeundo vallē
campū ⁊ collē/ id eſt nō venitur ad gaudiū celeſtis patrie niſi
per penitētiā culpe. zelū iuſticie. et cuſtodiā innocētie. Simi
liter etiā dici poſſet de thure/ ſcilicet ꝙ primo eſt vallis thu-
ris id eſt oro ꝑ dimiſſiōe culpe. ſcdo ē cāpus thuris. i. oratio
ꝓ collatōe gre. tercio eſt collis thuris. i. oratio ꝑ virtute per
ſeuerātie. quarto eſt mōs thuris. i. oratio ꝑ largitiōe glorie.
Sponſus aūt hic in pſenti nō venit niſi vſq; ad collē thuris
Ideo dicit ⌊et ad collē thuris ⌋et in futuro veniet ad montē
thuris. i. glorie largitionē. Itē poteſt exponi de beata vir
gine et tūc dicemus. ꝙ vallis mirre fuit marie humilitas.
collis mirre: vite sāctitas. mōs mirre martyrii ſublimitas.
ſed collis thuris premii ſuauitas. Ad primū venit ſponſus
in incarnatiōe. ad ſcdm in ſancta mūdi cōuerſatione. ad ter

tium in sua passione. ad quattū vero in sua ascēsione.

t Ota pulchra es amica mea ⁊ Vox Tercia Pars.
est sponsi: pulchritudinē sponse generaliter cōcludentis. Dixerat enī pulchritudinē diuersoꝝ membroꝝ: nunc vero generaliter dicit ⁊ Tota pulchra ⁊c ⁊ quasi diceret. Non solū in mēbris p̄dictis pulchra es. sed etiā in omnib⁹ aliis. nec solū mēbra pulchra sunt. sed etiā pulchre et decenter ad inuicem sunt coniuncta. et ideo ⁊ tota pulchra ⁊c ⁊ ⁊ et macula nō est in te ⁊ id est criminalis culpa. sponsa enī nō habet maculā neqꝫ rugā. qm̄ sponsus maculā suo sanguine lauit/et rugaꝫ crucis extētiōe deleuit. nunc vero est absqꝫ macula. qꝛ nec est cecitas in intellectu. nec impuritas in affectu. nec vanitas in effectu. et absqꝫ ruga. qꝛ nec est duplicitas ī verbo vel affatu.

v Eni de libano sponsa mea. veni Quarta Pars.
de libano. veni coronaberis ⁊ Hec est vox sponsi/sponsam vt ad se veniat exhortantis. Quasi diceret. Prius dixi ⁊ vadā ⁊c ⁊ et ideo debes venire ad me. Igitur ⁊ veni ⁊ Ter autē dicit ⁊ veni ⁊ propter fidem trinitatis. Vel veni corde/veni ore/veni opere. Vel ⁊ veni ⁊ fide spe et caritate. Qđ autē libanus bis dicitur notat ipsius duplicē cādorē. Libanus enī interp̄tatur candor. Primū ergo refertur ad cādorē p̄scientie et intentionis. Secundū ad candorē vite et operatiōis. Nota hic qđ dicit glosa de libano monte. Sequitur ⁊ de capite amana. de vertice sanꝛ et hermon ⁊ Istud dupliciter potest exponi. Vel ⁊ veni de capite amana ⁊ cetera ⁊. ⁊ veni de vertice sanꝛ ⁊c ⁊ Vel ⁊ veni et coronaberis de vertice ⁊c. Est autē hic notandū: qꝫ amana sanꝛ et hermon. sūt mōtes in quib⁹ habitant diuerse bestie cōuersantes: q̄ peccata diuersa signāt scdm suas interpretatiōes ⁊ amana ⁊ enī interpretat inquiet⁹: et signat superbiā ⁊ Sanꝛ ⁊ id est fetor: et signat luxuriā. hermon id ē anathema: et signat auariciā. qꝛ se ⁊ sua a ꝓximoꝝ cōmunione auarus separat. De hiis ergo vocat sponsa vt veniat relinquēdo pctā/et veniēdo ad pn̄az ⁊ veniā spōsi. Et

⌊de cubilibus leonū ⌋ id est de habitaculis demonū. que sunt corda sordida per peccatū. ⌊et de montibus pardorū ⌋ id est de hiis que nō solū sūt habitacula demonū / sed etiā sunt aliis alta refugia: vt male faciāt. De his ergo locis iubetur eccīa venire scōm primū sensū littere. Vel iuxta scōm sēsū dici poterit ⌊coronaberis de vertice amana ⁊c ⌋ Nā predicatores dū illos malos de quibus dictū ē cōuertunt. tales cōuersi corona eor fiūt. scōm aplm. i. thi. ii. Spōsa igitur primo fuit coronata stellis scz aplis. scōo spinis id est iudeis ī rosas conuersis. tercio de gētibus viciosis / et postea cōuersis. et hoc est ⌊de vertice amana ⁊c. ⌋ quarto de mūdi seductorib9 et persecutorib9 / factis tñ predicatoribus. sicut patuit in paulo. et hoc est ⌊de cubilibus leonū ⌋ quinto de mūdi principib9 obedientibus. et hoc est de mōtibus pardor. sexto coronanda est gloria in honore. qñ verus assuerus capiti hester dyadema regni imponet. Veni igitur et coronaberis de istis. vel istis septē modis. et hoc iuxta scōm sensum. Quinta Pars.

v Vulnerasti cor meū ⌋ hec est vox sponsi amorē suū ostendentis. ac per hoc sponsaz vt ad se citius veniat exhortantis dicens ⌊Vulnerasti cor meū ⌋ qz pro amore tuo carnez assumpsi et mortez subii ⌊soror mea ⌋ quia coheres regni tui ⌊sponsa ⌋ scz per arrā fidei ⌊vulnerasti cor meū ⌋ bis autē dicitur vulnerasti. et per hoc intelligit duplex vulnus / scz vuln9 doloris et vulnus amoris. vel vulnus passionis et vulnus cōpassionis ⌊in vno oculor tuor ⌋ id est in vnitate predicantiū. qui oēs idē docēt. idem amāt. idē querūt. Vel vnus oculus est cetus contemplantiū: qui vnā petunt a dño. Alter vero oculus scz sinister / est cetus actiuorū et tēporaliū. Vel vn9 oculus. cetus audientiū / quibus est cor vnū et aīa vna ⌋ Et in vno crine colli tui ⌋ id est in vnitate intentionis.

Sexta pars.

q Quam pulchre sunt mamme tue soror mea sponsa ⌋ hec est vox sponsi iterū pulchritudinē sponse cōmēdantis

Vbi sciendum est. q̄ mamme sponsi possunt intelligi minores doctores: qui lac simplicis doctrine paruulis propināt. et cū māme indecentes videri soleāt propter grossiciē. plus tamen placet sponso grossicies simplicis doctrine q̄ subtilitas. ideo laudat mammas dicens ⌊q̄ pulchre sunt mamme tue ⁊c̄. ⌋⌊Pulchriora sunt vbera tua vino ⌋scz lac qđ fluit ab vberibus scz simplex doctrina magis cōpetit paruulis: q̄ vinū subtilitatis. Et nota verbū glose hic ⌊et odor vngentorū tuorū super oīa aromata ⌋id est fama fidei spiritualiū que ex caritate procedit et virtutū: superat omnē delectationem terrenā. Vel dic sicut glosa. ⌊Fauus distillans labia tua spōsa ⌋id est sacra eloqa. Dic cōsequenter sicut glosa ⌊mel et lac sub lingua tua ⌋id est sermo tuus dulcior ē omni lacte et mel le⌊et odor vestimentorū tuorū ⌋id est fama operū ⌊sicut odor thuris ⌋id est sicut virtus orationis. vel vestimēta spōse sūt electi et cetera. Septima pars.

O Btus cōclusus soror mea spōsa/ortus cōclusus ⌋Vox est sponsi: sponse pulchritudinē aliter q̄ prius describentis. Comparauerat enī eam mulieri formose: nunc orto seu culture fructuose. et causā vide in glosa. Dicit ergo ⌊Ortus cōclusus ⁊c̄. ⌋et bis dicit ⌊ortus ⌋de quo vide glosā. et quarte ⌊conclusus ⌋vide ibidē. Est autē hic notandū/q̄ ortus iste est ille quē plātauit dñs ab initio. Gen̄. primo. in quo singule plante cū diuersis arboribus diuersi sunt sancti. Lignum autē vite xp̄s est: sed lignū scientie vite boni et mali sunt doctores qui habēt scientiā boni et mali. In hoc igitur orto sunt diuerse arbores. Sunt enī ibi palme/id est cōstantes et victorioli. cedri/id est humiles et timorati. oliue/id est misericordes ⁊ pii. amigdali/id est illi qui sunt in fructu solidi. et alie innumerabiles arbores preciose/id est diuersi virtuosi. Ibi etiā sunt aues. Nam hic sunt alaudē/id est alte laudātes. philomene/id est amore languētes. dicuntur enim a philos amor/et mene defect⁹: q⁹ ⁊c̄. cigni/id est propter xp̄m dissolui

cupientes.corui/ id est prophete sub obscuritatis nigredine futura prestolātes.ergo⌊ortus cōclusus ꝛc.⌋ sed etiā ⌋fons signatus ⌋quia cōtinet plenitudinē aquarū viuentiū.fons aque/id est doctrine saliētis ī vitā eternam Jo.iiii⌊signatus⌋ quia nemo hunc fontē aperit:nisi qui habet clauē dauid. vel dicendū sicut glosa dicit. Sequitur⌊Emissiones tue⌋ & missiones proprie sūt aquarū et fontiū.Jdeo dicit ꝙ emissiones predicti fontis sunt aque multe/id est populi multi. qui efficientur paradisus. Vel dicendū ꝙ emissiones tue/id ē populi multi.sūt paradisus⌊malorūpunicorū cū pomorū fructibus⌋ per malapunica que primo ponit:intelligit martyres. per poma vero cōmunia.alii fideles intelligūtur.et hi omnes ipsum sponsū delectant velut paradisus Vel sūt⌊paradisus⌋id ē ortus quietus ꝛc. Jtē⌊emissiones tue⌋sūt⌊cipri cū nardo⌋cyprus non capitur hic pro insula. sed pro quadā arbore aromatica cuius semē ē candidū cui adhibetur oleū et inde efficitur vnguentū regale . per hoc autē significat castitas.de qua dicitur sapiēn. iiii . Quā pulchra est casta generatio cum caritate . Sed quia ex castitate plerūqꝫ oritur tumor superbie:ideo recte nardus cypro coniungitur. quia nardus spicam habet et aliū fructū nō habet: et humiles significat.qr cū oīa bene fecerint dicunt. serui inutiles sumus Cetera que sequūtur exponātur sicut glosa dicit. Summa autē huius littere est : ꝙ ecclesia est fons cuius emissiōes sunt paradisus/id est delectabilis abundantia malorūpunicorꝫ et aliorꝫ que in littera ponūtur.que oīa sub variis similitudinibus et methaphoris.signant diuersas uirtutes . vel diuersos virtuosos de fonte ecclesie per sacrā doctrinā suauit emanantes.Et quia sponsus sponsā fonti cōparauerat.adhuc continuando et declarando quod dixerat subdit⌊fōs ortorum⌋id est tu es fons ex quo procedit aqua lachrymarū/ et graciarum per quam irrigātur omnes orti/ id est omnes qui fructum faciunt. sed non solum fōs ortorum :sed etiam

tu es⌊puteus aquatū viuentium ⌋id est spiritualiter viuere facientiū. Jo. iiii. vide glosam quare fōs et puteus dicatur. ⌊que fluūt impetu de libano ⌋id est que fluūt abundanter de monte dei candido. scilicet de mōte celesti. Octaua pars

⌈ Surge aquilo ⌋vox est sponsi sponsā ad patiētiā inuitā-
tis. Ipsius enī pulchritudinē cōmendauerat sub specie mulieris allicientis formositatis. et sub similitudine oris re dolētis suauitatis. Sed quia ī tribulatione formositas spō se multū relucet et suauitas multum redolet/ ideo sponsus sponsam suam ad tribulationum patientiam exhortatur: dicens⌊ Surge aquilo et veni auster ⌋Quasi diceret⌊ surgat aquilo ⌋id ē ventus tribulationis. et veniat auster/ id est vēt⁹ adiutorii spiritus sancti. seu diuine cōsolationis⌊ perfla ortum meū ⌋id est fideles ecclesie⌊ vt fluant aromata illius ⌋id est ut suauius redoleant fideliū virtutes/ Vel⌊ Surge aquilo ⌋id est infer tribulationē vel blandiendo vel persequēdo et cetera/ sicut glosa. Vel diabolus potest dici aquilo/ quando temptat per aduersitatem: et auster quando per prosperitatem. Similiter spiritus sanctus diceretur aquilo quādo immittit timorem: sed auster cum accendit amorem. et sic de vtroq; potest littera inteligi et remanet eadem constructio et intentio littere.

Capitulū quintū.

V Eniat dilectus meus in ortū suū ⌋ Hoc est quintū capitulum huius libri quod cōtinet nouē partes. quarum prima est vox sponse ad ea que sponsus immediate dixerat respondentis Vnde quia ecclesia audiuit se temptationibus probandam: ipsa prouisioni dilecti non cōtradicit. sed ne superetur: auxilium ipsius querit. qui non patitur temptari supra id quod possumus. Dicit ergo⌊ Veniat dilectus meus in ortum suum ⌋Quasi diceret. Qui promisit se futurū mecū vsq; ad cōsūmationē seculi: mō cū magis indigeo eius pītia me ꝓsolet et maiori gra me visitet veniēdo ⌊i ortū suū ⌋i ortū

quem plantauit amplius irrigando ⌊ et comedat fructū po
moꝝ suoꝝ ⌋id est totū sibi vēdicet. vel comedat: ne forte eru-
ca vel locusta vel brucus vel rubigo opera cāctoꝝ vel filios
spirituales deuoret. ⌊ veniat ergo ⌋ad irrigandū et ad custo-
diendū. vel ad spaciandū. vel ad comedendū. Hic autē est
notādū: qꝫ hoc potest exponi de aduētu xp̄i spirituali in mē
te. vel de aduētu corporali ad mortē. vel de aduentu finali ad
iudiciū. Secunda pars.

V Eni in ortū meū ⌋ hec est vox sponsi ad ea que sponsa
dixerat respōdentis. Quasi diceret. quod petis iam fe
ci. et ideo ⌊ veni ⌋ mecū ⌊ in ortū ⌋ scilicet errantes corrigēdo et
cetera vt in glosa ⌊ Messui mirrā meā cum aromatibus me
is ⁊c. ⌋id est martyres cum confessoribus et omnibus aliis.
qꝫ fama bonoꝝ operū sūt insignes: in horrea celestia trāspor
taui. Vel potest exponi vt sit vox ecclesie primitiue ad eccle
siam modernā. Quasi diceret. tu inuitas me solū ad poma:
eue mirrā et aromata/ id est martyres et apostolos metere
siue colligere cōsueui. Hodie enī in eccīa colliguntur poma/
id est fructus minus perfecti. sed tunc in ecclesia primitiua
colligebantur fructus magis perfecti. Melius est tamen qꝫ
hec sit vox sponsi ad sponsam ⁊c. Sequitur ⌊ Comedi fauū
cum melle meo ⌋. ⌊ Comedi ⌋id est in corpus meū misticū tra
duxi. ⌊ fauū ⌋id est cetū cōfessoꝝ/ pabulū luminis/ vasa dul-
cedinus ⌊ cum melle meo ⌋ id est cū ipsa dulcedine qua eos re
pleui ⌊ bibi vinū meū ⌋id est doctores spiritu feruētes. lachry
mis fluentes/ alios inebriantes ⌊ cū lacte meo ⌋id est cum in
firmis et debilibus et simplicibus. Vel dic sicut glosa. Sed
quia iustū est vt saciato dño famuli in secunda mēsa come-
dant et reficiantur: ideo subdit ⌊ Comedite amici ⌋ id est con
gaudete michi in spūali cōuiuio/ hic in presenti. Vel ⌊ Come-
dite ⌋scz fauū/ id est eloquia mea dulcia: sed tamen difficilia
⌊ et bibite ⌋id est facilia. Ad hoc propositū allega verbū glo.
Vel dic ⌊ Comedite ⌋scilicet hic dura preceptorum et tribula-

tionū.ut bibatis in futuro vinū oīm consolationū.et ibi⌊ in ebriamini ⌋iuxta dictum p̄s. Inebriabuntur ab vbertate domus tue·et torrente voluptatis tue potabis eos.et ideo hic ⌊amici ⌋sed in futuro⌊ carissimi.Vel amici ⌋quia amātes vel amati.sed⌊ carissimi ⌋quia care empti. Tertia pars.

e Go dormio ⌋hec est vox ecclesie tepidos exhortantis vt in ortū sponsi veniant. seipsam dans in exempplū dicens ⌊Ego dormio ⌋Quasi diceret. Non cū tepida.nec sum torpori dedita.quia⌊ ego dormio ⌋id est exterius contēplationi vaco/et ab impetu persecutionū et strepitu actionū et corporali solicitudine quiesco⌊ et cor meū vigilat ⌋id est rationis et intentionis oculus vigilat.et ne tēpore quietis per blanditias fallatur prouidet et laborat.vel de sompno corporis⌊ ego dormio ⌋ic. ⌋id est iuxta verbū xp̄isti. spiritus quidē prōptus est:caro autē infirma.Causā vero quare cor suū vigilat subdit cum dicit⌊ Vox dilecti mei pulsantis ⌋Quasi diceret Ego volo quiescere sed ipse ad laborē inuitat Vnde⌊ vox id ē inspiratio⌊ dilecti mei ⌋facta est michi ad cor meū quod vigilat⌊ pulsantis ⌋scilicet vtraq; manu.id est beneficiis et flagellis:et dicentis ⌋aperi michi ⌋scilicet auditorū corda.vt intrē et cenā faciam cū illis et ipsi mecum. Apocal'.tercio.Vel vt dicit glosa. Et quare hoc facere debeat subdit causas .quia ⌊soror mea ⌋id est coheres regni⌊ amica mea ⌋secretorū conscia.⌊ columba mea ⌋simplex nō inuida⌊ immaculata mea ⌋. quia in flumīe sanguinis mei lota.Vel vt dicit glosa Vel⌊ soror mea ⌋in incarnatione⌊ amica ⌋ex passione⌊ Columba ⌋ ex spiritus sancti receptione⌊ immaculata ⌋ex baptismi lotione. Sequitur.⌊ Quia caput meum ⌋Alia causa quare debet sponsa surgere.⌊ quia caput meum ⌋.id est ego qui cū caput scilicet deus ⌊ plenum est rore ⌋deus enim quantū est ī obstinatis absq; hospicio remanet.et nocturno rori seu pluuie noctis exponitur⌊ et cincinni mei ⌋id est capilli crispi:qui sunt fideles inuicem amore mutuo colligati.et xp̄isto capi-

ti coherentes⌊ pleni sunt guttis noctiū ⌋ id est patiuntur frigora persecutionū. et temptationū demonū/ vel dic vt glosa. Vel moraliter. Quia⌊ caput ⌋id est clerus⌊ abundat rore ⌋ id est delitiis⌊ cincinni ⌋id est fideles subditi⌊ abundant guttis noctiū ⌋id est ignorantiis et peccatis: ideo surge.

Quarta pars capituli quinti.

Exspoliaui me tunica mea ⌋ hec est vox sponse: suā obedientiā ostendentis. sed tamen timorem et tremorē suū declarantis. vnde quia sponsus sponsam excitauerat. ut de dormitione ꝓtēplationis surgeret/ ad sollicitudinē regēdaꝝ aiaꝝ. ideo ipsa non inobediens: sed de iniuncto officio metuens respondet dicens⌊ Exspoliaui me tunica ⌋. Vnde tunica ista est tēporaliū cura. vel vita actiua. vel peccatoꝝ macula. Dicit ergo ecclesia in contemplatione existens⌊ Exspoliaui me tunica mea ⌋id ē omnibus predictis renūtiaui⌊ quomodo induar eaꝫ ⌋id est quomodo iterum ad predicta reuertar ⌊Laui ⌋scilicet lachrymis cōpūctionis vel deuotionis. vel exultationis⌊ pedes meos ⌋id est omne lutū peccati. et omnem puluerem affectus terreni⌊ quomodo inquinabo eosꝫ Quasi diceret. Non potero foris ambulare nisi aut lutum contraham aut puluerem. Vel dic cum glosa . Sed quia sponsa timoris et periculi causas premisit: cōsequenter vigoris et auxilii rationem inducit· scilicet quia⌊ dilectus meus misit manū suam per foramen ⌋Quasi diceret. et si pericula egrediēdi timeam: tamen in dilecti mei auxilio confidenter agam. Nā⌊ dilectus meus misit manum suā ⌋id est virtutem suam et auxilium suum. et vigorem⌊ per foramen ⌋timoris⌊ et vēter meus intremuit ad tactum eius ⌋id est molles et debiles cōpūcti sūt. Vide glosā. Et ideo⌊ surrexi ⌋scilicet a dormitiōe et quiete vite contēplatiue ad laborem actiue⌊ vt aperirē dilecto meo ⌋ scilicet predicando et docēdo. sed prius cepi facere et post docere. Mirrā⌊ manus mee ⌋id est opa mea⌊ distillauerunt ⌋id est aliis circūquaqꝫ expresserūt⌊ mirrā ⌋id est exēplū

